Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26206
Copyright: Admont, Benediktinerstift

est. Sed ex quo consequi videtur quod non semper ex fine iudicatur voluntas sive ac-
tio mala, sicut in illis que per se peccata sunt. Illa enim cum quis gesserit pro aliqua
bona causa, bonum videntur habere finem. nec ex fine voluntas est
mala, nec ex voluntate actio fit mala, sed ex actione volun-
tas fit prava. In quibus aliqui ponunt actum iudeorum qui crucifigendo
Christum arbitrabantur se obsequi deo, et bonum finem dicunt eos posuisse,
scilicet dei obsequium, et tamen voluntatem eorum et actionem pravam fore asserunt.
De bonis autem nulla fit exceptio in premissis verbis augustini. quia
omnis voluntas bona ex fine sit bona, et ex fine et voluntate
omnis bona actio bona est. Sed non mala voluntas ex fine mala est.
nec omnis mala actio ex fine et voluntate mala est. et omnis que habet
malam causam mala est. Sed non omnis que bonam habet causam bona est. ideoque
cum ex affectu dicitur imponi nomen operi, in bonis operibus generaliter vera
est hec regula. Sed in malis illa excipiuntur que per se mala sunt. Omnia ergo
hominis opera secundum intentionem et causam iudicantur bona vel mala.
exceptis his que per se mala sunt, id est que sine prevaricatione fieri nequeunt.
Que tamen quidam contendunt Quidam dicunt hec predicta non posse fieri bono fine.
numquam bonam habere causam. Qui enim aliena furatur ut pauperibus tribuat,
non pro bono ut aiunt furatur. Non enim bonum est aliena pauperibus dare.
Qui enim de rapina sacrificium deo offert, ut ait auctoritas, idem facit
ac si filium patris in conspectu victimet. vel sacrificium canis deo offe-
rat. Abhominabilis namque deo est impiorum oblatio. Ita etiam hominem
per adulterium a morte liberare. tamen sic liberare malum esse asserunt. ideoque
augustinum in superioribus dicunt temperasse sermonem, cauteque locutum
non ait. ea que constat esse peccata nullo quasi bono fine, nulla velut
bona intentione facienda. Non enim simpliciter dixit bono fine
et bona intentione, sed addidit quasi et velut. quia talia non fiunt bo-
no fine et bona intentione. sed intentione que videtur bona, et fine
qui putatur bonus sed non est. Nec ideo excepit augustinus ista ut aiunt. quia cau

malum esse dicunt. Licet si ·u. bonum sit hominem a morte liberare.